

1582. d. 23. Ibis.

Littere commendatitiae Christophorum Ra-
dzwił^{ki} peregrinantem ad sepulchrum Sal-
vatoris nostri.

Tek. N. 95. Ex orig. arch. Radziwiliorum Nieswiez.

Stephanus D^{omi}n^{us} gratia Rex Poloniae, etc. 57

[Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prus-
siae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae
& princeps Transylvanicae.]

Magnifice, sincerè dilecte. Venit ad Sin-
ceritatem Vestram, ut sepulchrum Sal-
vatoris nostri, aliarumque sanctissimarum
rerum monumenta, quae sub custo-
dia praefecturaque Sinceritatis Vestrae
sunt, inspiciat, Illustris et Magnificus Chri-
stophorus Radziwilk in Otyka et Nieswiez
dux, supremusque Magni Ducatus nostri
Lithuaniae mareschallus, cum nostris liti-
ris. Uti eum senatorem nostrum debemus,
qui ob singularem virtutem dignitatemque
charissimus Nobis est, summopere commen-
dare, non dubitamus. Quare, si quem admo-
dum futurum confidimus, atque hinc
etiam eam requirimus, omnem illi bene-
volentiam studiumque exhibuerit, ^{quum} ~~et~~ sua
humanitate, tum ipsius virtute, nostram

cum primis gratia propensioneque dignissimam rem fecerit Sinceritas Vestra Bene valeat. ²³Warsavia die [vigesima tertia] mensis Septembris, anno Domini ^{1582,} [millesimo quingentesimo octuagesimo secundo] regni vero nostri anno septimo.

L.S.

Et commissione propria
Sacra regis maiestati.